A. M.	Ante Chr.	*REGES JUDA*	*REGES ISRAEL*	A. M.	A.Chr.
3049	951	Abias moritur. Aſa ſuccedit.	Jeroboam moritur. Nabad ſuccedit.	3050	950
3053	947	Aſa invectam in Judam Idololatriam depellit.			
3055	945	Joſaphat filius Aſæ naſcitur.			
3063	937	Victoria Aſæ ex Zara Rege Æthiopiæ, ſivè regionis Chus ad Ægyptum.			
3064	936	Aſa Rex Juda arma Benadad Regis Syriæ in Regnum Iſraelis concitat, ut Baaſam Regem Iſraelis ab ędificatione Ramę avertat.	Baaſa urbem Ramam ędificandam ſuſcipit, ut tranſitum Iſraelitarum in Jeruſalem impediat.	3064	936
			Benadad Rex Damaſci in Iſraeliticam ditionem ingreditur.		
			Baaſa defuncto, Ela rerum potitur.	3074	926
			Zamri, occiſo Elâ, Regnum invadit; quod tamen ſeptem diebus tantùm tenet.		
			Amri, obſeſſum eundem Regem Therſę, incendio ſe in ipſâ Regiâ tradere cogit.		
			Thebni in Amri inſurgens, pręlio ab eodem vincitur.		
			Amri Regnum ſolus init, anno 31. Aſę Regis Juda, & Mundi 3079.	3079	921
3080	920	Joram filius Joſaphat naſcitur.	Amri conditam Samariam ſedem Regni conſtituit.	2080	920
			Amri moritur, eique Achab ſuccedit.	3086	914
3087	913	Aſa morbo, facilè podagroſo, laborans, in Medicorum potiùs, quàm Dei ope confidit.			
		Aſa poſt 41. Regni annos moritur.			
3090	910	Joſaphat in ſucceſſorem eligitur, qui ſtatim ab inito Regno extraneos omnes cultus lege prohibet.	Hoc temporis intervallo EliasPropheta ditionem Iſraelis frequentabat.		
		Ochozias, filius Joram, & Athalię, nepos Joſaphat naſcitur.	Elias coram Achabo ſe ſiſtens, Prophetas omnes Baal interficiendi author eſt.	3096	904
			Elias Eliſeum in Prophetam inungit.		
			Benadad Bex Syrię Samariam obſidens, non ſine cæde ſuorum, re infectâ, recedit.	3103	897
			Inſequenti anno, rem iterum tentaturus veniens, commiſſo ad Aphek pręlio, vincitur.	3104	896
3106	894	Joſaphat in Regni ſucceſſorem filium ſuum Joram deſignans, Proregem conſtituit.	Achab vineam Naboth ſibi per injuriam vindicat.	3105	895

RE.

A.M.	Ante Chr.	*REGES JUDA*	*REGES ISRAEL*		
3107	893	Joſaphat, unà cum Achabo, expeditionem in Ramoth Galaad ſuſcipiens, de vitâ periclitatur.	Achab Regium nomen, & authoritatem filio ſuo Ochoziæ communicat.	3106	894
			Inito ad Ramoth Galaad prælio, ſub ementitis ſpoliis latens, ab hoſtibus occiditur.	3107	893
3108	892	Claſſem inſtruere mittendam in Ophir molitur. Sed in expeditionis ſocietatem Ochoziâ Rege Iſraelis admiſſo, Deus totam claſſem naufragio diſperdit.	Regnum ad Ochoziam devolvitur.		
			Sed ille è tecto Regię Domûs in ſubjectum cœnaculum decidens, gravi contracto vulnere, occumbit.	3108	892
		Circa ea tempora Joſaphat expeditione in Ammonitas & Moabitas ſuſceptâ, utroſque populos prodigio vincit.	Joram ejus frater in Regno ſuccedit.		
		Elias igneo curru in Cælum rapitur.	Bello Moabitas agreditur.		
3112	888	Joſaphat filium ſuum Joram in Regni ſocietatem adſciſcit.	Eliſeus victoriam Regi pręnunciat; atque ſiti laborantibus copiis largas aquarum venas aperit.	3109	891
3115	885	Joſaphat moritur.			
		Joram in Regno ſuccedit.			
		Idumæi, jugo Regum Juda excuſſo, in libertatem aſſeruntur.			
3116	884	Joram, uxore ſuâ Athaliâ inſtigante, cultum Baal in Regnum Juda introducit.			
3117	883	Joram inſanabili viſcerum morbo à Deo percutitur.			
3118	882	Filio ſuo Ochozię Regni adminiſtrationem committit.			
		Joram moritur.			
3119	881	Ochozias in Regno ſuccedit. Joram naſcitur.	Benadad Rex Syriæ Samariam obſidet; ſed ſubito terrore in Regem, & in exercitum incuſſo, in fugam per quietem noctis effuſi ſunt.	3119	881
3120	880	Ochozias unà cum Joram Rege Iſrael obſidionem Ramoth Galaad ſuſcipit.			
		Ochozias à Jehu occiditur.			
		Athalia, totâ Regis familiâ neci traditâ, Regnum invadit. Sed puer Joas è communi fratrum ſuorum fato ſublatus, in penetralibus Templi enutritur.	Eliſeus Damaſcum ſe conferens, & mortem Benadad, & Regnum Hazaeli prænunciat. Joram ad obſidionem Ramoth GalaadOchoziam comitatus, gravi accepto vulnere, in Jezrael delatus eſt.	3120	880
3126	874	Jojada Summus Sacerdos Joas in Regem ſalutari, atque neci tradi Athaliam curat.			
3140	860	Amaſias filius Joas naſcitur.	Jehu in Joram deſciſcens, illum interficit.		
3147	853	Joas ſarta tecta Templi inſtaurari procurat.	Jehu moritur.		
			Joachaz ejus filius rerum potitur.	3148	852
3164	836	Zacharias Summus Sacerdos, filius Jojadę, mandante Joas, in Templo occiditur.			
3164	836	Bellum Hazaelis in Joas. 4. *Reg.* 12. 17.	Bellum Hazaelis Regis Syriæ in Joas.	3164	836
3165	835	Altero anno Hazael, reparato in Joas bello, ingentem pecuniæ ſum	Joachaz filius Jehu moritur, cui Joas ſuccedit.	3165	835

RE.

A. M.	Ante Chr.	*REGES JUDA*	*REGES ISRAEL*	A. M.	Ante Chr.
		mam ab illo extorquet. 2 *Par.* 24. 23. &c.	Eliſeus circa ea tempora è vitâ migravit.		
		Joas Rex Juda moritur. Amaſias ad Regnum evehitur.	Hazael Rex Syriæ moritur, cui Benadad ſuffectus eſt.	3168	832
3177	823	Expeditio Amaſiæ in Idumæos.	Bellum Joas in Benadad.		
3178	822	Bellum in Joas Regem Iſrael indicit, in quo tamen ipſe prælio vincitur.	Joas inſigni victoriâ Amaſiam Regem Juda proſtrat.	3178	822
			Joas Rex Iſrael moritur. Jeroboam II. in Regno ſuccedit.		
3194	806	Ozias, ſivè Azarias, filius Amaſiæ, naſcitur.			
		Ozias, ſivè Azarias rerum potitur.	Sub eo Rege Prophetę Jonas, Oſee, & Amos clarent.	3222	778
3221	779	Sub eo Rege in ditione Juda Prophetę Iſaias, & Amos clarent.	Jeroboam moritur. Zacharias II. ejus filius, Regno potitur.		
		Joathan, filius Oziæ, naſcitur.	Chronologicus ordo hìc turbatur; nam 4. Reg. 15. 8. 12. mors Zacharię ad annum 38. Ozię, poſt exactos in Regno ſex tantùm menſes, conſignatur. Si verò totum reliquum tempus uſque ad exitum Regni Iſraelis supputetur, ſivè conſtituamus oportet interregnum 9. vel 11. annorum inter Jeroboamum II. & Zachariam, cum Uſſerio; vel Jeroboamo II. 51. Regni años tribuamus; vel ſaltẽ initium Regni ejus ad annum 3191. & exitum ad annum 3232. determinemus qui ſcilicet annus Zachariæ etiam emortualis eſt.		
			Zacharias, poſt exactos ſex menſes in Regno, à Sellum occiditur.	3232	768
			Sellum unius menſis Regnum habet.	3233	767
3246	754	Ozias moritur. Joathan in Regno ſuccedit.	A Manahem occiditur. Phul, Aſſyrię Rex, Iſraelitarum ditionem ingreſſus, Manahem tributarium reddit.		
		Iſaias gloriam Domini conſpicit. *Iſai.* 6. Sub Rege Joathan Iſaias, & Oſee prophetarunt.	Obitus Manahem, & Regnum Phaceię.	3143	757
3252	748	Ezechias, filius Joathan Regis Juda, naſcitur.	Phacee filius Romeliæ, ſublato Phaceiâ, regnum uſurpat.	3245	755
			Arbaces Satrapa Medorum, & Beleſus Babylonius in Sardanapalum Regem Aſſyriæ ſimul conſpirantes, Babylone clauſum illum obſident.	3254	746
3261	739	Raſin Rex Syrię, & Phacee Rex Iſrael Regnum Juda aggredi incipiunt. Joa-	Poſt triennalem obſidionem Sardanapalus injecto in Domos regias igne, ipſe cum omnibus Regis theſauris ardet. Arba-	3257	743

A. M.	Ante Chr.	*REGES JUDA*	*REGES ISRAEL.*	A. M.	Ante Chr.
			baces ad Regnum evectus, Medos in libertatem aſſerit.		
3262	718	Joathan moritur, cui Achaz ſuccedit. Raſin Rex Syriæ, & Phacee Rex Iſrael Regnum Juda etiam atque etiam affligunt. Iſaias Meſſiæ nativitatem Achaz prædicit, ſimulque proximę ab hoſtibus liberationis ſpem facit. Nec ſanè duo Reges hoc anno quidquam in Anchaz moliti ſunt.	Beleſus, alio nomine Baladan, ſivè Nabonaſſar, Babylonicum Imperium conſtituit. Hinc repetenda epocha celebratiſſima Nabonaſſaris, incidens in annum ante Chr. 743. ante Ær. 747. Ninus junior, in Scripturâ Teglatphalaſſar, Imperium, in anguſtiores tamen fines contractum, proſequitur; annis 19. regnavit.		
3263	737	Verùm inſequenti anno Regionem iterum adorti, totam excurrunt.	Teglatphalaſſar, illatis in Raſin Damaſci Regem armis, illum occidit.	3264	736
3264	736	Idumæi, & Philiſthæi eandem Provinciam infeſtant. Achaz tributarium Regnum Teglatphalaſſar Regi Aſſyrię ſubmittit, eâ conditione, ut oppreſſum Regnum ab hoſtibus liberet.	Dein ditionem Iſraelis invadens, pluribus captis urbibus, captivorum turbam, ac potiſſimùm Tribus Ruben, Gad, & dimidiam Tribum Manaſſe abducit. Hæc prima Judæorum captivitas.		
3277	723	Achaz in Regni ſocietatem Ezechiam filium ſuum adſciſcit.	Oſee, filius Ela, ſublato Phacee filio Romeliæ Rege Iſrael, Regnum uſurpat.	3265	735
3278	722	Achaz Rex Juda moritur.	Quietam autem ditionem ſuam habuit ab anno 12. Achaz. 4. *Reg.* 17. 1.	3274	726
		Ezechias Regnum ſolus obtinens, cultum Domini, ſub Achaz penè abrogatum, reſtituit.	Salmanaſar poſt Teglatphalaſſar ad Regnum Ninive evehitur.	3276	724
3279	721	Decimæ, & primitiæ ad ſuſtentationem Miniſtrorum Templi colligi cęptę ſunt.	Oſee Rex Iſrael, inito cum Sue Rege Ægypti fœdere, à Salmanaſſare deſciſcit.	3279	721
			Salmanaſſar Samariam obſidet, ac poſt triennium	3280	710
			eâ expugnatâ, reliquas Tribus, quas Teglaphalaſſar reliquerat, trans Euphratem traducit.	3283	717
			Is Regni Iſraelitici poſt 254. annorum ſpatium exitus.		
3279		Tobias è Tribu Nephtali unà cum cæteris captivis in Tranſeuphratea à Salmanaſſare deductus eſt.			721
3290		Ezechias, excuſſo Aſſyriorum jugo, fœdere in Sennacheribum jungitur cum Ægypto, & Rege Chus.			710
3291		Sennacherib exercitum in Ezechiam ducens, plures in ditione Juda Urbes occupat.			709
		Ezechias morbo laborat; cui Iſaias valetudinem pollicitus, in oraculi ſui fidem umbram ſolis in horologio Achaz retrogradam, prodigio exhibet			
		Sennacherib Lachim obſidet.			
		Ezechias omni in fœderatos Reges ſpe deſtitutus, oblatis Sennacherib pecuniis, Aſſyriorum arma à ſe avertere tentat; ſed inſtans in bellum Sennacherib Rabſacem ad obſidendam Jeruſalem mittit; ipſe interim in Taracham Regem Chus ſivè Arabiæ copiarum partem ducens.			